

ARTICULUS I

An convenienter fuerit Deum incarnari?

72. Ad primam confirmationem, nego Antecedens, ad casus probationem, concessa Majori, nego Minorem; licet enim Angelus intuitivo cognoscat Christi humanitatem...

73. Ad secundam nego Majorem cum D. Thom. infra q. At. art. 1. ad 1. sic dicente: Christus tantum innotuit hominibus, quantum voluit; non per id quod est vita aeterna...

DISPUTATIO III

De convenientia incarnationis.

Ad articulum I. quae. I.

Quamvis mysterium incarnationis sit possibile, non tamen inde sufficienter habetur illud esse conveniens; quandoquidem multa sunt possibilia, quae tamen non sunt convenientia. Unde olim quidam haereticus...

Quia convenientia omnis, vel est quaedam habitudo sive relatio, vel saltem sine illa explicari nequit: mysterium autem incarnationis dicitur habitudo ad Deum...

Dico primo, mysterium incarnationis esse conveniens Deo. Ita D. Thom. art. 1. q. 1. Probatur primo ratione quam ibidem in corpore articuli insinuat...

Pro majori hujus egregii discursus elucidatione, in primis observandum est, Deum se communicare dupliciter, primo ad intra, & ab aeterno; secundo ad extra, & in tempore.

Porro inter illas hoc versatur discrimen, quod in duabus prioribus Deus tantum sua bona largitur; in ordine quidem naturae, bona naturalia, & creaturis connaturaliter debita...

Secundo advertendum est, communicationem aliquam posse dici majorem duobus modis, intensive scilicet & extensive; dicitur major primo modo, quando aliquid nobilius & perfectius communicatur...

Ex his facile intelligitur, quomodo communicatio quae facta est in mysterio incarnationis, sit omnium maxima, tam intensive, quam extensive; intensive quidem, cum illud quod humanitati assumptae communicatur...

Probatur secundo conclusio alia ratione quam insinuat S. Thomas in argumento suo contra, quae sic potest formari: Opus

Opus in quo omnes Dei perfectiones summopere splendunt, est ipsi convenientissimum: Sed in opere incarnationis Dei mirum in modum omnia ejus attributa sive perfectiones divinae relucunt: Ergo illud opus fuit Deo convenientissimum.

In primis ergo quoad omnipotentiam, manifestum est illam mirum in modum relucere in hoc mysterio, cum non videatur posse extendi Dei potentia ad illum opus majus, quam illud, quo homo fit Deus, & Deus homo: unde opus incarnationis, propter sui excellentiam, antonomastice in Scriptura, quae Dei dicitur: Habebat 3. Dominus opus tantum, in medio aeternum visibilis illud.

Ad divina omnimpotentiam maxime fulgere in eo quod tanto & tam mirabili federe utramque confessionem, ut nec inferiorem consumeret glorificationi, nec superiores minueret assumptioni, ut loquitur Leo Papa serm. 1. de Nativitate. Vidi Moyses Rubrum qui ardebat & non consumebatur, & pra admiratione exclamavit, & dixit: Vade & vide visum hanc magnam, quare non comburatur rubus? In quo mysterium incarnationis prafiguratum fuit, ut docet Ambrosius super cap. 6. Apocal. nam rubus spinosus humanam naturam, variis miseriis & defectibus obnoxiam, flamma vero Divinitatem figuravit.

Ad divina omnimpotentiam maxime fulgere in eo quod tanto & tam mirabili federe utramque confessionem, ut nec inferiorem consumeret glorificationi, nec superiores minueret assumptioni, ut loquitur Leo Papa serm. 1. de Nativitate. Vidi Moyses Rubrum qui ardebat & non consumebatur, & pra admiratione exclamavit, & dixit: Vade & vide visum hanc magnam, quare non comburatur rubus? In quo mysterium incarnationis prafiguratum fuit, ut docet Ambrosius super cap. 6. Apocal. nam rubus spinosus humanam naturam, variis miseriis & defectibus obnoxiam, flamma vero Divinitatem figuravit.

Denum in hoc mysterio adeo elucet divina potentia, ut Gregorius Nissenus asserat, libro Catech. cap. 24. Naturam omnipotentem ad humana naturam utilitatem potuisse descendere, majus esse potentia argumentum, quam ingenita quilibet ac sustenta miranda. Etenim magnum aliquid & excelsum elaborare divinam potentiam, naturae quodammodo consentaneum est, & consequens, &c. At vero delapsus ille ad id quod dejectum est, & humile, abundantius quadam est potentia, quae nec in illi quidem, quae sunt praeter naturam impediti potest. Quomodo enim ignem sursum niti, nemo miratur: eundem vero si deorsum, gravium corporum more, ferri videamus, tunc in admirationem rapimur, si ergo (subdit idem S. Doctor) divinam praestantemque vim ac potentiam: non celestium globorum magnitudines, non siderum splendores, non ille ornatus universi, non peritus rerum administratio adeo demonstrat, ut illa Dei ad naturam nostram imbecillitatem descendo.

Elucet secundo in hoc sublimi & admirabili mysterio divina sapientia, tanto cum splendore, ut D. Thom. 4. contra

Gent. cap. 54. merito dicat: Quod si quis diligeret & pro incarnationis mysteria consideret, inveniet tantam sapientiam profunditatem, quod omnem humanam cognitionem excedat; secundum illud Apostoli 1. ad Corinth. 1. Quod solum Dei, sapientius est hominibus. Unde sit ut pro considerandi semper magis ac magis admirabiles rationes hujusmodi mysterii manifestentur. Et D. August. de se testatur in libro Conf. quod non satiatur dulcedine admirabili considerare altitudinem consilii divini super salutem generis humani. Certe mirabilis sapientiae fuit invenire modum tam admirabilem conciliandae Dei justitiae vindictive, cum sua misericordia, qualem in hoc mysterio conspicimus: Nam ut discitur D. Augustinus lib. 13. de Trinit. c. 13. decentissimum fuit quod Deus volens humano generi condonare tot & tam graves injurias, exegerit nihilominus aliquam reparationem suae gloriae, per justitiam vindictivam, sed difficillimum erat invenire medium convenientis ad hoc praestandum: oportebat enim eum qui satisficeret Deo, & debitum hominum habere, & illud debitum posse dissolvere: At homo quidem purus poterat habere debitum, sed non poterat illud dissolvere, id est, pro illo satisficere; contra vero Deo omnia sunt possibilia; sed debitum satisfaciendi illi non poterat convenire; unde oportebat ut ille qui pro peccatis nostris satisficeret, Deus & homo simul existeret, ut in quantum homo, debitum posset suscipere; & quantum Deus, illud valeret dissolvere.

Confirmatur: Oportebat satisfaciendum & redimentum humanum genus, malum poena nobis debite pati, & tamen illud ipsum superare; nam pati tantum & non superare fuisset succumbere malis nostris, non vero nos liberare ab illis, ut ait Augustinus: Deus autem pure manens, Deus mortem sustinere non poterat, purus vero homo illam superare non valebat. Unde Leo Papa serm. 1. de nativ. Salva utriusque proprietate substantiae, & in unam coeunte naturam, suscipitur a virtute infinitatis, a maiestate humilitas, ab aeternitate mortalitas, ut quod nobis remediis congruebat, unus atque idem Dei & hominum mediator, & mori ex uno, & resurgere posset ex alio; id est perficere mortem, ut homo; illam superare, ut Deus. S. Paulus ait 2. ad Corinth. 13. Crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei.

Deinde quanta esset divina sapientia ostendit Deus in nostro mysterio, medio quo diabolus unus fuerat ad impediendum illius executionem utendo, ut eam exqueretur. Credidit demon quod sit totam inficeret peccati labem naturam nostram, Deus illam sperneret, & illius feditas impediret, ne am sibi per incarnationem conjungeret, hinc ad peccati malitiam primum hominem induxit, atque ita totam humanam naturam, in eo tanquam in suo capite contentam, foede deturpavit. Verum tantum abest, ut ex eo propositum sibi finem adperit, quin potius ipsam & peccati notitiam calamitas & feditas, uniendi se naturae motuum Deo fuit: quia in re compertum vere fuit quod sancta canit Ecclesia: Ari, ut artem falleret, & medalam ferret inde, hostis unde laeserit, Sane demoni convenit eruditum Juliani Imperatoris Emblemata, qui aquilam sagitta quae ipsius penis orabatur transfixam depingit, hoc subscripto lemmate, Ad ipsa contra ipsam, id est ab illa nascitur quod illum interimit. Non enim aliter contingit adversario humani generis, quippe ab illo egressam sit praevarum consilium, quo peccare hominem compulsi femina, quod tamen ipsi inventori & artifice diabolo sagitta lethalis fuit, quae ejus vice transferebat, & per omnem transiit aeternitatem.

Item in hoc mysterio Deus suam ostendit sapientiam, in eo quod cum perfectissimus sit, & nihil ipsi ad augmentum accedere possit, nec ad decrementum decedere, modum tamen quo proficeret invenit, ut eleganter expendit D. Bernardus serm. 3. in Ascensione, his verbis: Christus cum per naturam divinitatis non haberet quo cresceret, ascenderet, vel proficeret, quin ultra Deum nihil esset: per descensum quomodo cresceret invenit, veniens incarnari, pati, & mori, ne morem in aeternum, propter quod & Deus exaltavit illum. Unde Nazianzenus orat. 39. ait, quod ille qui ascendit super caelum cali, ad orientem gloria sua & splendore, in occasu glorificatur utilitatis humilitatisque nostrae. Quod brevius expressit Leo Papa serm. 2. de passione dicens; Christum pulvere abjectionis nostrae, corpus scilicet gloria sua.

Invenit etiam per hoc mysterium modum admirabilem ad temperandum divinitatis suae splendorem, & ad nostrae naturae claritatem augendum, ut belle observavit Gregorius Magnus lib. 28. Moral. c. 2. & lib. 1. in Ezechiel. hom. 2. ubi haec verba prophetae exponens: Et de medio ejus quasi species electri, subdit, Quid electri specie, nisi Christus Jesus mediator Dei & hominum designatur? Electrum quippe ex auro & argento est: In electro dum aurum argentumque miscetur, argentum ad claritatem crescit, aurum vero a suo fulgore pallescit; illud ad claritatem proficit, hoc a claritate temperatur. Quia igitur in unigenito Dei Filio natura divinitatis unita est natura nostra, in qua adnatione humanitatis in maiestatis gloriam excrevit, divinitas a sui fulgoris potestate



ita humana se oculis temperavit; per hoc quod humana natura durior facta est, quasi per aurum crevis argenteum, & quae divinitas a frigore suo vestris est aspectibus temperata, quasi aurum nobis palliat per argentum.

Eleganter quoque ait Gregorius Thaumaturgus, in oratione quadam in Epiphania tom. 7. operum Chrysostomi pag. 658. ferm. 6. de Alenf. Christum terramque calumque, velis potest, ita corpore suo junxisse. Nimirum ut homines paulatim ad sublimiora & diviniora erigi consueverent: Nondum enim (inquit Bernardus) meram lucem poterant aliquantulum sustinere, sed exhibere illis oportuit Verbum in carne, Solem in nube, lumen in tenebra, mare in arenam in lanterna.

13 Præterea mirabilis sapientiae fuit invenire modum, quo Deus gloriam suam mirabiliter amplificaret, haberetque a quo summe ac plane divine coleretur: si enim quibusdam Regibus & Imperatoribus gloriosum fuit, Reges illos subditos habere, & a quo illorum ministerio ad vilissimam uti: multo magis Deo gloriosum est habere hominem Deum, a quo colatur, oratur, adoretur, quique ad vilissimam quaque ipsius causa se subjecerit.

Fuit & hoc mirabilis sapientiae, quod Christus objecta carne, velut efca quadam & illecebra, & potentissimum hollem captus ac devoratus cepit, & victum fractumque potentia spolavit. Hinc Gregorius Papa homil. 25. in Evangelia illud Jobi cap. 45. de Leviathan hamo capto ad Christum accomodans: In hamo (inquit) efca ostenditur, aculeus occulatur. Hinc ergo Pater omnipotens hamo cepit, quia ad meritum illius incarnationem Unigenitum misit, in quo & caro possibilis videri potest, & divinitas impassibilis videri non potest. Et in hamo ergo efca incarnationis capus est, quia dum illo appetit escam corporis, transiens est aculeus divinitatis. Et in hamo capus est, quia inde invenit, unde memorat; & quos tenebat mortales juræ perdidit, quia cum in quem jus non habuit morte appetere immortalem presumpsit.

14 Denique quid sapientiam quam difficillimi pretii invenire tam mirabilem solentem, superbiam diabolicam tanta humilitate comprimere, lapsos homines, per hominem Deum reparare, ac nihilum pro peccatum redactos, ad ipsum sagittium divinitatis evehere, & ad complementum totius universi conjungere primum cum ultimo, hoc est Verbum Divinum, quod est omnium principium, & humanam naturam, que in operibus sex dierum fuit ultima omnium creaturarum, ut discurreat D. Thomas opusc. 60. quibus verba infra referemus.

15 Quantum ad bonitatem divinam, ita in Incarnatione elucet, ut Paulus ad Titum 3. de hoc mysterio loquens dicat: Benignitas & humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei. Quibus verbis significare videtur, tunc primum apparuisse benignitatem Dei, cum incarnatus est: non quod antea in creatione mundi non apparuisset, sed quia multo magis in Incarnatione, quam in creatione resplenduit. Unde ipse Christus ex hoc fide mysterio videtur commendare caritatem Dei ergo homines, Joan. 3. dicens: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret! Quod est asserere, in hoc beneficio Deum modo quodam specialissimo suam erga homines caritatem & benignitatem ostendisse. Nulla enim major esse potest caritas & benevolentia, ea qua amens maxime se communicat amato, & modo ipsi maxime benefico & utili: Deus autem, ut supra vidimus, per Incarnationem perfectissimo modo se communicat humanæ naturæ quatenus substantialiter & personaliter e se conjungit, idque modo beneficentissimo & ipsi naturæ utilissimo, ut patet ex docendis conclusionibus sequenti, ubi utilitates & commoda, quæ nobis ex Incarnatione obveniunt, fusc declaravimus: Ergo in hoc mysterio potentissimum Dei caritas & benignitas elucet, & divinitas divinis sui erga nos amoris Deus ostendit. Unde Incarnatio significatur per osculum, quod est præmium amoris & benevolentiae signum, Cantic. 2. Osculatur me osculo oris sui. Sicut enim in osculo os unius dilecti ori alterius conjungitur: ita per Incarnationem due naturæ, divina scilicet & humana in eadem persona Verbi copulantur, quod his verbis expressit Bernardus ferm. 1. in Cantica: Sic es osculans Verbum assumens, osculatur caro que assumitur, osculum vero quod pariter ab osculante & osculato conficitur, persona ipsa ex utroque compasta, Mediator Dei & hominum homo Christus Jesus, etc. Felix osculum ac suspensæ dignatione mirabile, in quo non est impunitum, sed Deus homini imitur, & ibi quidem contactus laborum, complexum significat animorum; hic autem consideratio naturarum divinis humanæ componit, que in terra fuit, & que in celis pacificans, ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum.

16 Quantum ad divinam justitiam, mirum etiam in modum illa in Incarnatione effulget, cum per eam Verbum Divinum condignam & rigorosam Patri pro delictis hominum exhiberit satisfactionem, quæ a nullo puro homine exhiberi poterat. Unde D. Paulus per excellentiam & antonomasiam, Divini Verbi Incarnationem, opus divinæ justitiæ vocavit: Quem proposuit Deus propitiam per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ, ad Roman. 3. & Je-

rem. 23. Messias venturus appellatur Justus noster; quia pro nobis debuit satisfacere ex toto rigore justitiæ, quæ etiam de casta Haia 11. justitia dicitur singulum lumborum ejus. Hinc etiam Zeno Veronensis ferm. 5. ad Neophytos, ait quod in Calisti Zoticæ virginis exceptis libris, ut inscribitur per Christi ex Virgine adventum, admissam esse justitiam, juxta illud Zacharia: Veni tibi Justus & Salvator. Demum Leo Papa ferm. 3. & 5. Venit in hunc mundum deus, acque misericors negotiator calli; & commutatione mirabili inis commercium salutare. Justus enim & misericors Deus, non se injuria sua voluntatis est usus, ut reparationem nostram sola potentia benignitatis exereret. Sed quia consequens fuerat, ut homo faciens peccatum, servus esset peccati; sic medicina egroti, sic reconciliatio peccati, sic redemptio est impensa caritatis, ut condemnationis iusta sententia, iusto liberatoris opere solveretur. Nam si pro peccatoribus sola se opponeret Deitas, non tam ratio diabolium videretur quam peccatis.

Denique in Incarnatione maxime elucet divina misericordia, hoc enim mysterium fuit quoddammodo necessarium, ut Deus perfecte misericors esset, seu ne quid ad divinitate misericordiam completum deesset: Nam ut docet S. Thomas 1. part. q. 21. art. 3. Misericors dicitur aliquis, quasi habens misericordiam cor, quæ scilicet dicitur ex misericordia alterius per tristitiam, ac si esse ipsius propria misericordia; & ex hoc sequitur quod oportet ad repellendam misericordiam alterius, scilicet misericordiam propriam, & hinc est misericordia affectiva: tristitia ergo de misericordia alterius, non competit Deo, sed repellere misericordiam alterius, hoc est maxime competit. Ex quibus aperta constat, duplicem esse misericordiam actum, quorum primus est repellere misericordiam alterius, secundus aliena effici misericordia: primus Deo maxime proprius est, ratione ejus omnipotentia & infinite virtutis, secundus vero divinæ adventuræ naturæ, ratione ipsius immutabilitatis, & perfectæ felicitatis: quare ut ex utroque actu Dei completeretur misericordia, & ut perfecte misericors fieret, oportuit ipsum incarnari, ut posset compati infirmitatibus nostris, & ut loquatur Apostolus ad Hebræos 4. Per omnia debuit fratribus assimilari, ut misericors fieret, id est, nequid ad perfectam misericordiam complementum deesset. Unde merito Christo adaptari possunt verba illa Job 31. Ab infantia mea crevit mecum misericordia, & de utero matris mee egressa est mecum: Nam licet ab æterno esset infinite misericors, ratione suæ bonitatis & omnipotentis, cujus beneficia vis advertebat quæque & noxia a nobis repellere poterat, crevit tamen ab ejus infantia misericordia, & de utero matris cum eo egressa est, quia ex Virgine matre humanam assumpsit naturam, ratione cujus novit compati infirmitatibus nostris, & ex alienis tristitia arumini; quare Marci 8. dicebat Discipulis: Misereor super turbam, quia ecce jam eriduo sustinent me, nec habent quod manducent, & Luc. 7. cum vidisset viduam larymantem, & lugentem mortem filii sui misericordiam movit super eam, dixit illi, Noli flere, & cap. 19. ne appropinquavit Jerusalem, videns civitatem, flevit super illam. Cui Denique Apostolus ad Hebræos 4. ait. Non habemus Penitentiam qui non possit compati infirmitatibus nostris; tentatum autem per omnia, pro similitudine, alique peccato. Unde merito humanitati Christi adaptari potest id quod de se apud Virgilium Regina Didæ dicebat?

Non ignora mali, miseris succurrere disco.

Hoc argumentum ex manifestatione divinorum attributorum desumptum, quod fusc expendimus, breviter a D. Thoma perstringitur opusc. 60. artic. 1. ubi ostendit mysterium Incarnationis fuisse Deo convenientissimum: quia decebat Deum suam sapientiam ostendere, & potentiam, & bonitatem: quid autem potentiam, quam conjungere extrema summe distantia? Magna enim potentia fuit in conjunctione disparium elementorum, major in conjunctione illorum ad spiritum creatum, maxima vero in unione ad spiritum increatum, ubi maxima est disparitas. Quis vero sapientius, quam quod ad completionem totius universi fuit in conjunctione primi & ultimi, hoc est verbi Dei, quod est omnium principium, & humanæ naturæ, que in operibus sex dierum fuit ultima omnium creaturarum? Quis enim benevolentius, quam quod Creator verum communicare se voluit rebus creatis? Et hoc benignitas magna fuit in conjunctione sui cum omnibus rebus per presentiam, major, quæ communicavit se bonis per gratiam; maxima, quæ communicavit se Christo homini, & per consequens generibus singulorum, in unitate persone.

Dico secundo: Incarnatio est convenientis naturæ humanæ, id est, ipsi commoda & utilis; & magnum bonum & perfectionem illi afferens.

Conclusio fere per se nota est; declaratur tamen primo, quia per Incarnationem natura humana ad plenam divinitatis participationem elevata est, & ad tantum celestium gradum evehct, ut quo altius tollatur non habeat, sicut dicit Augustinus de prædellin. sanct. cap. 15. Unde Rupertus in cap. 28. Genesis docet mysterium Incarnationis figuratum fuisse per mysticam illam scalam, in qua Patriarcha Jacob

Jacob vidit Angelos descendentes in terram, & ascendentes in celum; eadem quippe caritas que Christum humanavit & exinanivit per Incarnationem, naturam humanam per gratiam, & unionem hypostaticam exaltavit; & ad supremam magnitudinis fatigium evehit. Hinc notant alii ex SS. Patribus, quod in veteri testamento; profundum Dei Filius homo feret, Angeli patiebantur se ab hominibus adorari, eos enim adoraverunt Abraham & Lot, Genes. 18. & 19. sed post Mediatoris adventum, cum se Joannes adoratur Angelum prostravit, audit: Vide ne feceris, confusus tuus sum & factum tuorum. Quæ verba expendens Gregorius Magnus lib. 27. Moral. cap. 8. Quis est (inquit) quod prius æquanimiter se contedebant adorari, post adorari ab homine Angeli recusant? nisi quod prius hominum carnalibus corruptionibus deditum, nec ad eisdem carnalibus corruptionibus redemptum quo abstraherent noverant, justis contemebant: postmodum vero humanam naturam eo jam substratum habere poterant: quobani in auctore suo, etiam super semetipsos ducimur videbant: neque enim debebat in membris subjecta desipere, quæ in ipso membrorum capite moris venerant. Similia habet homil. 8. in Evangelia, ubi se dicitur: Quia calli rex terram vestra carnis assumptis, infirmitatem nostram illa jam Angelica, cessando non desipit. Ad pacem nostram Angeli redeant, intentionem prius discordis postquam, & quos prius infirmis adjectisque despectant, jam socios venerantur. Hinc est enim quod Lot & Jesus Angelos adorant, nec tamen adorare prohibentur: Joannes vero in Apocalypsi suo adorare Angelum voluit, sed idem hunc Angelus, ne se debebat adorare compellit dicens: Vide ne feceris, confusus enim tuus sum & factum tuorum. Quis est quod, ante redemptoris adventum Angeli ab hominibus adorantur? & tunc: postmodum vero adorari resistunt, nisi quod naturam nostram quam prius despectant, postquam hanc super se assumptam conspiciunt profectam sibi videre permissent? Nec jam sub se velut infirmam contemere, aut sunt, quam super se, videlicet in calli Rege venerantur. Nec habere designantur hominem scilicet, qui super se adorans hominem Deum. Agnoscebant ergo Angeli hominibus naturam, Dei filio hypostaticè unitam, propter quod ab hominibus se adorari non amplius permittebant, sed potius carum nostram ipsi conjunctam, ab ipsis adorandam esse sciebant. Unde Chrysostomus: Magnus & mirabilis, & stupore plenus est, carnem nostram sursum sedere, & adorari ab Angelis. Hoc ergo spiritus in mente versans, extensus patior, magna de genere humano imaginans.

20 Secundo, per Incarnationem homines in ordine gratiæ habent caput homogeneum & ejusdem naturæ, a quo omnino gratiarum charismata in membra desunt.

Quam rationem insinuat Augustinus tract. 8. in Joan. ubi exponens illud Christi, Ego sum vitis, vos palmites, sic ait: Unus quippe natura sum vitis & palmites cum ergo esset Deus cujus natura non finitur, factus est homo ut in illo esset vitis humana natura, cuius & nos homines palmites esse possemus.

21 Tertio, per hoc mysterium Deus dedit nobis perfectum exemplar omnium virtutum, debet enim respectu hominum propria esse visibile & perfectum: Deus autem in exemplar naturæ est quidem perfectissimus & sanctissimus, sed non visibilis, & a nobis cognoscibilis: homo e contra est visibilis, sed non impeccabilis; Angelus vero neutrum habet, cum nec possit a nobis videri, nec ex propria natura impeccabilis & indefectibilis sit: Ergo homines habent exemplar perfectum, Deus factus est homo, & Christus venit in mundum, qui cum ex duplici natura, divina scilicet & humana, constet, habet, duas illas conditiones, ad perfectum exemplar necessarias; nam ratione naturæ divinæ, impeccabilis est & infinite sanctus, & ratione naturæ humanæ, visibilis & cognoscibilis: Hanc rationem insinuat Augustinus ferm. 53. de divinis, ubi sic dicitur: Homo sequendus non erat, qui videri poterat, Deus sequendus erat, qui videri non poterat: ne ergo exhiberetur homini, qui videretur ab homine, & quem homo sequeretur, Deus factus est homo. Unde Plato in libro de legibus ait: Mensuras omnium non homo, sed Deus est, maxime vero, si Deus factus homo. Quare interrogatus, quænam illius legibus standum foret, respondit: Donec aliquis sacratoris homine in terris appareat, qui fontem omnibus veritatibus aperiat, quem doctrine sequantur omnes. Item Tertullianus in Apolog. loquitur de morum disciplina, sic ait: Venit igitur quædam reformandam & illuminandam eam: venerunt a Deo presumantibus Christus ille Filius Dei, ille Dei radius, ut videri semper prædicabatur, delapsus in Virginem quondam, & in vero caro ejus figurata, nascitur homo. Deo mixtus, caro spiritus instructus nutritur, adolescit, assatur, docet & operatur, & Christus est. Demum D. Bernardus, & Drogo Olfentis, belle observant, Christum in Incarnatione de carne sua fecisse animæ nostræ præclarissimum speculum omnium virtutum, sicut enim ad conficiendum speculum duo corpora debent conjungi, quorum unum fit lucidum & diaphanum ad recipiendas species: pura vitrum, aut crystallus; alterum

vero e contra fit obscurum, & opacum ad illas transmittendas, v. g. stannum, aut plumbum: ita similiter, admirabili plane divina sapientia ordine & dispensatione, divina & humana natura in Christo conjuncta sunt, ut lux immensa divinitatis, per opacitatem & obscuritatem naturæ nostræ quoddammodo temperaretur, & infirmitatibus nostræ, quæ ininitum illum splendorem ferre non poterat, fieret proportionata; subindeque ex mirabili illo divina & humanæ naturæ consortio ac temperamento, perfectam omnium virtutum speculam exhiberet hominibus. Unde Bernardus super Cantica, alloquentes ipsum Christum, ait: Utrumque es mihi Domine Jesu, & speculum patienti, & præmium patienti. Et Drogo Olfentis: Facti mihi, benignissime Jesu, de carne tua speculum anime meæ.

Quarta ratio insinuat a D. Cypriano, lib. de cardina. 22 illius Christi operibus, cap. de nativitate Christi, ubi dicit Christum factum esse hominem, ut homo haberet in Deo, unde fieri posset plene beatus; in anima, videndo Christi divinitatem: in corpore, videndo ejus humanitatem, ut tota hominis conversio esset ad Christum. Quam rationem etiam eleganter expendit D. Augustinus in Manuali cap. 26. his verbis: Deus propter homines factus est homo, ut utroque sensu hominis in ipso beatificaretur, & reserteretur oculus cordis in ejus divinitate, & oculus corporis in ejus humanitate; ut sine ingredientibus, sine egressione, in ipso passiva inveniret humana natura condita ab ipso.

Ultima ratio sumitur ex D. Thoma hic art. 2. ubi ait quod homines per Incarnationem mirabiliter promoventur ad bonum, & remouentur a malo. Primo enim promoventur ad fidem, quæ magis certificatur ex hoc quod ipsi Deo loquenti credit, juxta illud Joannis Unigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Unde Augustinus lib. 11. de civit. cap. 2. Ut mens in fide scientiam ambulet ad veritatem, ipsa veritas, Dei Filius, homine assumpto, non Deo consumpto, eandem constituit ac fundavit fidem, ut ad Deum iter esset homini, per hominem Deum, hic est enim mediator Dei & hominum homo Christus Jesus. Christus per id quod est mediator, est homo & via perveniendi ad Deum: quia si inter eum qui tendit, & illud qui tendit, via media est, spes est perveniendi, si autem desit ante ignoretur quæ eundem sit, quia prædesti natus quo eundem sit? Sole est autem contra omnes errores via mundissima, ut idem ipse sit Deus & homo. Quo iter Deus, qua iter homo.

Secundo promoventur ad spem, ut enovit dicitur Chrysostomus homil. 2. in Matth. Dilectus Filius Dei etiam filius David est dignatus est, ut te feceret Christum Dei. Quod si ambigit de his quæ ad tantum spectant honorem ad illa illius sunt, etiam discere crederet. Quantum consenti potest huic mana ratio, multo est difficillius Deum hominem fieri, quam hominem Dei filium consecrari: eum ergo audieris quod filius Dei, filius sit & David & Abraham, aditare jam desine, quod & tu qui filius es Adæ, futurus sit filius Dei: non enim frustra nec vane ad tantam humilitatem ipse descendit, sed ut nos ex humili sublimaret; natus est enim secundum carnem, ut tu nascereris spiritu; natus est ex muliere, ut tu desineres filius esse mulieris. Adde Paulinus Nolanus Epist. 33. quod ita post Christum Deo juncti & insiti sumus, ut Dei arribonem tenemus in terra nostra spiritum sanctum quem dedit nobis, & nostri signis habemus in Deo carnem Christi; quia intervallum illud immensum, quo a divinis moralibus disparantur, medio & inter utraque communis intervenerit suo, velut quodam (ut sic dixerim) ponte continuit, ut ejus erante terrena callosibus conferreretur. Ergo ergo (subdit August. lib. de agone Christi cap. 1.) spem suam genus humanum, & cognoscit naturam suam, & videt quantum locum habeat in operibus Dei.

Tertio per Incarnationem caritas mirum in modum inflammatur, unde Christus Luca 12. ait: Ignem veni mittere in terram. Est enim amor, & ostensio amoris, causa efficacissima movens ad amandum, juxta illud Seneca Epist. 9. Ego tibi monstrabo amatorium sine medicamento, sine herba, sine ullis veneficiis carmine; si vis amari, ama. In hoc autem opere maxime ostendit Deus amorem suum erga homines, cum amor, juxta Dionysium, sit unitivus; & per hoc mysterium Deus homini perfectissime unitur. Unde Augustinus lib. de Catechizandis rudibus: si amare pigebat, saltem redamare non pigeat. Deinde similitudo est causa amoris: quæ vero major excogitari potest similitudo Dei cum homine, quam in ipsa natura humana? unde sicut Alexander, ut amorem & benevolentiam Persarum, quos bello subjugaverat, sibi conciliaret, deposita veste Macedonica, habitum Persarum induit: ita Deus in mysterio Incarnationis, in similitudinem hominum factus est, & habitus inventus ut homo, ut fieret hominibus maxime amabilis, & cum in creatione fecisset hominem ad imaginem & similitudinem hominis; in Incarnatione factus est ad imaginem & similitudinem hominis; ut duplicata similitudine, amorem nostrum erga ipsam vehementius accenderet, & veluti duplicaret.

Nec solum motivum, sed etiam facilitatem ipsam amandi nobis præbuit Deus per Incarnationem: difficile enim

amat homo quod non facile apprehendit: at non facile apprehendit entia pure spiritualia, ut Deum, quem imaginatione tota pendente a sensibus, complecti non potest: at cum Deus factus est homo, factus est visibilis & imaginabilis, atque ita facile affectibus nostris apprehensibilis. Sic explicat Augustinus in Enchirid. c. 15. quod Christus Dominus dicit Joan. 4. Ego sum osium, per me si quis inierit, saluabitur; & inuaditur, & exceditur, & passus inuenit. Nam & mens nostra pure spiritualis, & sensus nostri pure corporali, in Deo incarnato pasca inveniunt, & in illo habent unde perfecte reficiantur & delectentur, ut supra ex eodem Augustino vilius est. Vide Bernardum ferm. 6. de Ascensione Domini, qui Christum carne sua usum esse dicit, ut qui assurgere ad spiritualia non preualebant, eos in sua carnis provocaret affectum, atque ita paulatim ad Deum attraheret. Idem docet ferm. 20. in Cantica, his verbis: Ego arbitror precipuum invisibili Deo fuisse causam, quod voluerit in carne aliter, & cum hominibus homo conversari, ut carnalium videlicet, qui nisi carnaliter amare non poterant, carnis primo ad sua carnis salutare amorem affectiones retraheret, atque ita gradatim ad amorem perduceret spirituales.

⁸⁷ Homines etiam per Incarnationis mysterium removentur a malo, quatenus instruuntur, ne diabolum peccati autorem sibi preficiant, aut sequantur, qui per Incarnationem ipsis subiectus est; & docentur quanta sit dignitas natura humane, tantopere exaltata, ne peccando eum inquietent. Unde Leo Papa ferm. 1. de Nativ. Domini; *Agnosce, a Christiane, dignitatem tuam, & divina consors factus natura, noli in carere vilitate degeneri conversatione redire. Memento tuus corporis, & cuius corporis sis membrum. Reminiscere quod prius de potestate tenueramus, transiitque es in Dei lumen & regnum. Noli te diaboli iterum servitutem subire, quis pretium tuum sanguis Christi est, qui veritate te iudicabit, qui misericordia te redemit.*

⁸⁸ Habent etiam homines in hoc mysterio unde cognoscant metius peccati fedicitatem & malitiam, tanto remedio indigentem, subindeque ut ab eo magis abhorreant; & ut superbiam, quae maxime eos impedit ne Deo adherant, fugiant, tanta incarnati Verbi humilitate instruti, unde Augustinus: *si hac medicina superbiam non curas, quid curis curare nescis.* Item ipsius Christi meritis a durissima peccati & demonis servitute homines liberantur.

Denique Augustinus 13. de Trinit. cap. 27. multa alia esse dicit que in Christi Incarnatione, salubriter intuentia & cogitanda sunt, & D. Thom. hic artic. 2. in fine corporis, inquit plurimas alias esse utilitates, quae consensu sunt ex hoc mysterio supra apprehensionem sensus humani.

⁸⁹ Dic tertio, Incarnationis mysterium fuisse convenientis, seu utile & commodum toti universo.

Hec enim conclusio evidens est ex supra dictis, nam ex hoc mysterio ad omnes creaturas quaedam peculiaris dignitas redundavit; quia, ut supra dicebamus, in natura hominis omnes res creatae quodammodo continentur, & ideo assumendo illam naturam omnes creaturas quodammodo Deus specialiter copulavit, ut bene notavit Cajetanus hic art. 1. & multi exultant iudicatum esse a Paulo, cum dicit ad Ephes. 1. omnia in Christo esse instaurata, propter novam scilicet dignitatem & excellentiam, omnibus creaturis, in homine ut in epiglo totius universi collectis, ex unione hypostatica cellatam. Propterea, ut supra annotavimus, amori totius mundi, mysterium Incarnationis tribuitur Joan. 3. & Iste 45. omnes creaturæ ad hoc mysterium perficiendum invitantur, his verbis: *Rorate cali desuper, & nubes pluviam justam, aperiantur terra, & germinet Salvatorum.* Ob eandem rationem SS. Patres, presertim Nazianzenus orat. 42. & Justinus in expositione fidel. Verbi Incarnationem *oecumeniam* appellant; est enim oecumonia quasi universalis diffusio: per Incarnationem autem toti universo proficium est, quia in omnium creaturarum utilitatem & dignitatem cedit.

⁹⁰ Confirmatur: Convenientis erat has tres rerum differentias in universo reperi, ut sicut in nobis est unica natura in unica persona, & in Deo natura unica in pluribus personis, essent in Christo naturæ plures in unica persona. Sicut Leo Papa dicit, convenientis fuisse dari hominem productum ex muliere sine viro, quia jam alii tres modi proferendi hominem inventi fuerant, nempe ex viro sine femina, sicut Eva producta est; ex femina & viro, sicut ordinari homines generantur, & abique viro & femina, per productionem ex nihilo, sicut Adam formatus est.

ARTICULUS II.

Utrum fuerit magis convenientis, Filium incarnari, quam Patrem, vel Spiritum Sanctum, & naturam humanam potius quam angelicam, ab illo assumi?

⁹¹ Dico primo, convenientius fuit Filium incarnari, quam Patrem & Spiritum Sanctum. Ita D. Thomas infra qu. 3. art. 8. ubi id probat quinque rationibus, seu con-

gruentis. Prima est, quia unio est similitudo. Filius autem qui est Verbum & conceptus Patris, habet speciali modo rationem similitudinis & exemplaris respectu cuiusvis creaturæ: Secunda, quia opera artis per eandem ideam & motionem reformantur, per quam formata sunt: omnes autem creaturæ sunt operæ artificii divini, & Filius est Verbum per quod facta sunt universa. Quam rationem Leo Papa ferm. 11. de Passione eleganter declarat, his verbis: *In hac autem ineffabili unitate Trinitatis, cuius in omnibus communia sunt opera aequè iudicia, reparationem humani generis propria Filii persona suscepit, ut quoniam ipse est per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil, quare plasmatum de limo terra hominem, factum vite rationali formavit, ideam naturam nostram ab aternitatis arce delectum amissæ restitueret dignitari, & cuius erat conditor, esse etiam reformator.* Tertia, quia propria hominis perfectio est sapientia. Filius autem Dei est conceptus divina sapientia, & Patris Verbum, quod debet homo fieri sapiens secundum Deum. Unde Guimundus Averanus Episcopus in confels. de Sancta Trinit. *Quoniam mortuus est (inquit) homo per desipationem, appetuit enim vivificari per sapientiam, Incarnatus est igitur Dei sapientia, ut dederetur homini sapientia.* Quarta, quia Incarnatio facta est ad constituendum homines filios Dei adproprivos, quod convenienter fit per filium Dei naturalem. Quinta, quia Incarnatio facta fuit in remedium peccati primi parentis: peccaverat autem primus parens, appetendo scientiam, ut patet ex verbis serpentis promittentis homini scientiam boni & mali, unde convenienter fuit ut per Verbum verè sapientia homo reduceretur in Deum, qui per inordinatum appetitum scientie recesserat a Deo. Addi potest quod Filius est persona quasi media inter Patrem & Spiritum Sanctum, quare decuit ut etiam ipse esset Mediator inter Deum & homines, quod factum fuit Incarnatione.

Aliam quoque SS. Patres assignant rationem, cur Filium præ ceteris personis carnem suscipere decuerit, ne scilicet Filii appellatio transiret ad aliam personam, ex quo in Sanctissimam Trinitatem indecora quedam redundaret confusio. Hanc rationem asserit Gennadius in libro de dogmatibus Ecclesiasticis cap. 2. *Non pater (inquit) carnem assumpsit, neque Spiritus Sanctus, sed Filius tantum, ut qui erat in divinitate Dei Patris filius, ipse fieret in homine hominis matris filius: ne filii nomen ad alteram transiret, qui non esset æterna nativitate filius.* Bernardus quoque ferm. de Annunt. quest. illi, quæ ratione Filii magis incarnatus sit, quam Patris aut Spiritus Sanctus? ita respondet: *Videret tamen nec Patris, nec Spiritus Incarnationem in pluralitate filiorum effugisse confusionem, dum alius Dei, alius filius hominis dicebatur. Videretur & illud maxime congruum, ut si specialiter filius fieret, qui filius erat, non quod esset ambiguitatis in nomine. Denique ipsa est virginis nostræ gloria singularis, & excellens prerogativa Mariæ, quod filium eundemque cum Deo Patre meritis habere communem, quam sane per se posse constat, si non filius incarnaretur.* Alia demum est ratio, quæ ad Patrem specialiter attinet, quia ei non convenit mitti ab aliquo, cum non sit ab alio. De quo in Tract. de Trinitate. disput. ult. Qui plura cupit, legat Guillelmum Parisiensem in fine libri cur Deus homo, ubi hanc questionem subtiliter & curiose pertractat.

Dico secundo, magis convenientis fuit, naturam humanam assumi a Verbo, quam angelicam. Est etiam D. Thomae infra qu. 4. art. 1. & in 3. dist. 20. q. 1. art. 1. questio. 1. ad 3. ubi ait: *Natura angelica non corrumpitur, & Angelus peccare, statim in malo confirmatus fuit, non autem homo, & ideo natura humana reparari debuit, non autem angelica.*

Deinde natura humana, cum imbecillior sit quam angelica, magis debuit divinam provocare misericordiam, & Deus illius miserando, benignitatem suam manifestare. Quam rationem egregie expendit D. Gregorius lib. 4. Moral. cap. 9. his verbis: *Duas ad intelligendum creaturas Deus fecerat, angelicam videlicet & humanam: utramque vero superbiam precessit, sed una regnum carnis habuit, alia vero nihil infirmum de carne sustulit: miserum ergo creator, illum ad se debuit reducere, quam in perpetratione culpe, ex infirmitate aliquid constare habuisset: & eo amplius debuit assistere Angelum repellere, quo cum a persistendi fortitudine carnis, nihil infirmum ex carne gelavit.*

Item Angelus sui sponte, & veluti sine occasione peccavit: homo vero fuit a muliere inductus, que prius a serpente inducta est. Quare etiam rationem habet idem Gregorius, relatus a D. Thom. 1. part. quest. 65. art. 2. argumento 4. in cuius solutione advertit, rationem non esse adequatam, nec valere pro omnibus Angelis qui peccaverunt, ad summum enim procedit de primo Angelo peccante, cum alii ipsius fusione & exemplo ad peccandum inducti fuerint.

Præterea, ruina Angelorum potuit reparari per homines, sublevando homines ad eorum sedes, que velati vacuæ manserunt: hominum vero lapsus non poterat suppleri substituyendo aliam naturam, loco humane, cum alia natura pure corporea, & humana inferiores, bestitudinis capaces non sint.

Deni-

Denique: Si Verbum Divinum assumpisset naturam angelicam, talis unio & communicatio ad creaturas pure corporeas non se extendisset, & totum universum per illam non fuisset nobilitatum, & veluti deificatum; unde ad complementum universi ac perfectionem divina bonitatis dissolutionem & communicationem, magis convenientis fuit, naturam humanam a Verbo assumi, quam angelicam.

ARTICULUS III.

Utrum Incarnatio convenienti tempore facta fuerit?

⁹² Ratio dubitandi est, quia lapsus Adæ in ipso fere nascens mundi exordio contigit: At Incarnatio Verbi, est unicum remedium humani generis post lapsum: Videtur ergo quod convenientius fuisset subvenitum humane miseris, si non ita dilata fuisset Incarnatio, nec tam sero parata medicina.

⁹³ Confirmatur: Opus Incarnationis ex immanitate divina misericordiam & caritatis processit, iuxta illud ad Eph. 2. *Deus qui dives est in misericordia, propter nimiam caritatem suam quæ dilexit nos, cum essemus mortui peccatis crucifixæ nos in Christo:* Sed magis esset commendata caritas Dei, si Incarnatio esset facta a principio, statim post peccatum, cum caritas non tardet subvenire amico necessitatem patienti, secundum illud Proverb. 3. *No dicas amico tuo, vade & revertere, eras dabo tibi, cum statim post dare: Ergo Incarnatio convenienti tempore facta non est.* Nihilominus

Dico primo, fuisse valde convenientis, quod Incarnatio non fieret ab initio mundi, & statim post lapsum Adæ. Ita D. Thom. hic qu. 1. art. 5.

⁹⁴ Probatur primo ratione quam ibidem insinuat: Licet Incarnatio fuerit ordinata ad liberandum hominem a peccato, tamen valde convenientis fuit, ut non statim veniret medicus salutis ad illum sanandum: cum enim hominis peccatum processerit ex superbia, eo modo liberandus erat homo, ut humiliter recognosceret suam infirmitatem, ac indigentiam medici & liberatoris; atque ita clamaret ad ipsum, & gratie quærerent auxilium: quod non tam comode factum fuisset, si statim a principio post peccatum venisset Christus: dilatio enim tanti beneficii, humiliores reddidit homines, cum per tot annos & secula experti fuerint, fe nec per opera legis naturæ, nec per sacrificia legis scriptæ, peccati jugum potius excutere: unde etiam factum est, ut dilato beneficio, & necessitate crescente, desideria Salvatoris crescerent: Ergo fuit valde convenientis, quod Incarnatio non fieret ab initio mundi, & statim post lapsum Adæ.

⁹⁵ Deinde, ut ibidem dicitur S. Doctor, fuit convenientis ad commendationem tantum excellentis mysterii, ut plurima secula præcederent executionem eius, ad hoc ut horum seculorum decursu Incarnatio expectaretur ab omnibus, postularetur a Patriarchis, prædicaretur a Prophetis, & præpararetur legis Mosæica umbris: ut enim ait de Filio Dei Augustinus Tractatu 31. in Joan. *Primo per multam seculi temporum & annorum prædicandus fuit, non cuius aliquis parvum venturum fuit: Dies fuerat prædicandus, semper tenendus. Quanto major Judex venisset, tanto præconium series longius præcedere debebat.* Hanc rationem eleganter expendit Tertullianus lib. 3. contra Marcionem cap. 2. ubi sic dicitur: *Nihil patrem a Deo subitum, quia nihil patrem a Deo non dispositum: si autem dispositum, cur & non prædicatum, ut probari posset & dispositum ex prædicatione, & divinum ex dispositione. Et utique tantum opus quod humana salutari parabat, in quantum credit habebat ut prodesset, in tantum paraturam desiderabat, ut crederi posset, substantiam fundamentis dispositionis & prædicationis, quo ordine facta informat, merito & homini indiceretur a Deo, & Deo exhiberetur ab homine.*

Adit S. Thomas, quod si Christus Dominus in principio mundi venisset, fervor fidei temporis prolixitate tepuisset: hæc est enim hominum conditio, ut non diu in officio virtutis ferventer perseverent, ut patet in Ecclesiæ progressu, quæ ab illo caritatis fervore, quem habebat in exordio, statim declinare cepit: unde fieret ut pauciores Christi gratia & beneficiis fruerentur. Quam rationem insinuat Theodoretus lib. 6. de curationibus Gregorius, his verbis: *Si in principio Christus mortem subisset, quando peccatum non perinde effusum fuisset, nemo deinde credidisset.* Unde

⁹⁷ Ad rationem dubitandi initio propositam respondetur, quod licet lapsus Adæ in ipso mundi nascens exordio contingeret, & Incarnatio sit unicum remedium ad ejus reparationem a Deo institutum; propterea tamen non oportuit eam ab initio mundi fieri, quia etiæ ejus executio fit dilata, ejus tamen utilitas & efficacia effectum habuit anticipatum; per fidem Christi venturi, quam habuerunt etiam priora mundi secula, & per quam homines in lege naturæ, & in lege scripta iustificati sunt; quapropter Apocal. 3. Christus dicitur *Agnus occisus ab origine mundi.*

Theol. Gemet, Tom. IV.

Ad confirmationem dicendum est, quod licet caritas non tardet amico subvenire, illi tamen succurrere debet, secundum negotiorum opportunitatem, & prout convenit ejus conditioni: Non enim (inquit Chylosotomus Homil. 4. in Epist. ad Colos.) *si aliquid utile est, ideo statim dari debet; nam etiam solidus cibus utilis est, nec tamen darat a principio, & si medicus statim a principio agredieretur, medicinam daret infirmo, minus proficeret, & forte magis læderet, quam juvaret; non expediebat autem, ut statim a principio post peccatum, Incarnationis remedium humano generi exhiberetur: illud enim ex superbia contemneret, si prius suam infirmitatem non cognosceret: unde Sapiauter expectavit animarum medicus, donec universa malitia agritudine panderetur, ut ait Gregorius Nyssenus, relatus a Theophylacto, super Epistolam ad Hebræos, exponente illa verba: *Non tamen darat in consumptione seculorum ad reprobationem peccati per victimam sui ipsius manifestatus est.* Idem docet D. Bernardus homil. 1. de Adventu: *Tempus est (inquit, post expensas illic Incarnationis circumstantias) jam ipsum quoque considerare tempus quo Salvator adventus. Venit enim (quod & vos credimus non latere) non initio temporum, sed in fine. Nec incongrue factum est, sed vere sapienter dispensari sapientia, ut cum magis esset necessarium, tunc primo ferret auxilium, prout ad ingratitude Adæ filius non ignorans. Vere enim ad hoc sperascebat, & inclinatus erat jam dies, recesserat paululum Sol justitie, ita ut exiguum nimis splendor ejus sub calore esset in terra. Nam & lux divina notitia parvus admodum erat, & abundanti iniquitate, fervor refrigerat caritatis. Jam non apparebat Angelus, non loquebatur Prophetæ, cessabant velut desperatione vici, præ nimia utique duritia hominum & oblatione.**

Dico secundo: Convenientis fuit Incarnationis mysterium non differri usque ad finem mundi, sed multo ante illum fieri. Ita D. Thomas hic art. 6. & patet ex supra dictis: sicut enim pertinuit ad dignitatem hujus mysterii, ut aliquandiu expectaretur & prædicaretur; ita & ne tanta esset ejus dilatio, ut jam & mores hominum essent omnino corrupti, & fides ejus profusa amissa, ac spes quasi desperata, quod contigisset, ut usque ad finem mundi dilatum esset; quod facile credit quicumque corruptionem morum, tam in lege naturæ, quam in lege scriptæ, cum ad fines suos devenerunt, consideraverit. Unde sicut Sol in medio planetarum positus est, ut superiores & inferiores illuminare posset, ita Christus versus Sol justitie, in medio annorum venire, & mundo se manifestare voluit, iuxta illud Abacuc 3. *In medio annorum notum factus:* ut secula anteriora, per fidem sui Incarnationis future illuminaret; & sequentia per doctrinam evangelicam ac ejus ore pronuntiam illustraret, & per Sacramenta ab iplo influita sanctificaret.

Observandum tamen est, quod licet dicatur Incarnatio facta in medio annorum, non propterea putandum est, esse factam in medio temporis mathematici, ita ut tantum supersit annorum post illum, quantum præcessit (nam omnino incertus est ultimus finis mundi, sicut & iudicii dies, & poterit contingere quod plures anni transcant post Christi adventum, quam fuerint ante ipsum, vel e contra quod sint pauciores) facta in principio, vel in fine temporis, quod enim est inter duos terminos, dicitur in medio, quamvis magis distet ab uno termino, quam ab alio: qua ratione etiam dici solet aliquid factum in medio populi, si non est factum in uno aut alio angulo, aut tantum coram aliquibus, sed palam apud plures, quamvis non sint illi medietas populi.

DISPUTATIO IV.

De necessitate Incarnationis.

Ad Articulum 2. Divi Thomæ.

LIcet quidquid est necessarium, sit simul convenientis, non tamen omne quod est convenientis, est simul necessarium, subindeque declarata Incarnationis convenientia, insuper & consequenter ejus necessitas ad exhibendam Deo condignam satisfactionem hic exponenda est, & celebres quæ de Christi satisfactione hic agitari solent difficultates, discutienda & explicanda sunt.

S a ARTI-